Extrait

Du Compte de Fiardelle de Massarite Maitre des Monnoyes.

année 1339.

Anno nativitatis Domini 1339. apud Pontem Sorgiæ, Coràm Computatoribus supradictis, Fiardellus Massaritiæ Mercator de Luca, Magister monetarum Dalphinalium, ostendit transcriptum Dalphinalium Litterarum de faciendis cudi, et operari ipsis monetis sub pactis, et conventionibus infrà scriptis.

Primo videlicet, quod fierent Denarii Curribiles pro duobus Denariis Viennensibus, de ligâ duorum denariorum, et de pondere 20. solidorum pro qualibet marchâ ipsorum Denariorum. Sub formâ, et cunho, ac remediis ligæ, et ponderis sibi concessis in opere monetarum sibi aliàs concessarum.

Item, quod fierent denarii nigri curribiles pro duobus dictorum denariorum suprà designatorum, seu pro 4. parvis Denariis Viennensibus, de ligâ trium denariorum argenti-

fini, et de pondere 15. Solidorum dictorum Denariorum pro qualibet marcha, Sub cunho, et forma quibus fiebant alii Denarii, quadruplices, dicti alias redotati, Sub remedio ligæ, et ponderis consueti; tamen in prædictis Denariis duplicibus, et quadruplicibus debet fieri aliquod Signum ad differentiam aliorum consimilium jam factorum.

Item, quod fierent Denarii albi curribiles pro 12. denariis, Sub forma, et cunho aliorum Dozenorum, qui fiebant nuper, Sub minori Talhia tamen, et quod essent de liga Sex denariorum argenti fini, et de pondere decem Solidorum dictorum Dozenorum pro qualibet marcha, Sub remedio ligæ, et ponderis, Sub quibus alii dozeni noviter cudebantur.

Item, quod fieret alia moneta alba de liga Sex denariorum argenti fini, et de pondere Sex Solidorum pro marcha, et habeant ab una parte Circulum infra quem Sit unus Dalphinus, Sicut in aliis dozenis, et ab alia parte Sit una crux parva, prout habent Turonenses argenti Regis franciæ,

licet Turonenses grossi suprà circulum habent
florem lilii, ipsi Denarii albi Dalphinales
habeant parvulos Dalphinos, et cursum cursumq;
habeant pro viginti Denariis parvorum viennen
sium, sub remediis ligæ, et ponderis consuetis.
Item, et sub certis aliis pactis, et conditionibus
prout in dictis Litteris Dalphinalibus parti-
cularites continetur.
Deindè computavit dictus Fiardellus operari,
et cudi fecisse in Avisano de vintenis, et dozenis
albis sub ligâ, pondere, et remediis supradictis:
sic constat per quaternum Domi. Joannis de
Molanis locum tenentis Gardæ dictarum mone-
tarum in Avisano in præsenti computo assig-
natum, à die 22. Decembris videlicet, currente
1338°. usque ad diem ultimam Junii 1339. quatuor
millia, et septingentas, et quadraginta novem
marchas, in quibus positæ et conversæ fuerunt
de argento fino 2074. marchæ, 4 unciæ argenti
fini.
Item, Magis in dicto Loco Avisani, à die 19.
Decembris 1338. usquè ad 20. diem Junii 1339.
de monetâ nigrâ in redotatis, suo ligâ, pondere,
et Remediis suprà declaratis, 1980. marchas

In quibus fuerunt positæ de argento fino 495. Marchæ argenti fini.
Item magis in dicto loco, videlicet à 29. aprilis 1338. usque ad septimam Junii 1339. 59. marchas de duplicibus nigris, in quibus fuerunt positæ 9. marchæ 6. unciæ cum dimidio argenti fini.
Item magis Computavit dictus fiardellus in dicto loco avisani operari et cudi fecisse, ut constat, per quaternum Gardæ avisani, ut supra, in florenis auri Dalphinalibus computatis 63. florenis pro qualibet marcha 6. Marchæ. 2. unciæ auri fini, die videlicet 16. mensis Januarii de præsenti anno 1339.
Item Computat. 8. operari, et cudi fecisse apud Crimiacum, sub ligâ, pondere, et remediis quibus supra, proximè declaratum est, à die videlicet 19. Januarii 1339. usque ad diem 25. mensis Junii Ejusdem anni, de dozenis, et vintenis 6550. marchas, in quibus sunt positæ, et conversæ 3263. marchæ argenti fini.
Item magis in dicto loco, à die 17. mensis aprilis proximè præteriti, de moneta nigra in fortibus 71. marchas, in quibus positæ

fuerunt de argento fino undecim marchæ, septem unciæ de fino argento.

Item magis operari, et cudi fecisse apud Cerviam, &c.

Licet in litteris Dalphinalibus concessis dicto Fiardello supradicto Magistro monetarum contineatur, quòd ipse Fiardellus teneatur solvere Dom. nostro Dalphino pro Seignoriâ dictarum monetarum, pro quâlibet videlicet marchâ argenti fini positi, et conversi in dictâ monetâ albâ, 26. Solidos Viennenses monetæ currentis. Item, pro quâlibet marchâ argenti fini positi, et conversi in monetâ nigrâ, videlicet in redolatis, 21. Sol. dictæ monetæ, et pro quâlibet marchâ argenti fini conversi et positi in monetâ nigrâ, videlicet in fortibus, 16. Sol. monetæ prædictæ; continetur tamen in prædictis Litteris Dalphinalibus quædam clausula continentiæ subsequentis.

Prætereà Volumus et concedimus, quòd si, et quandocumque contingeret Dom. Regem Franciæ plus dare mercatoribus portantibus Billonum ad monetas Regias pro marchâ argenti, quàm modò dat, ipsi Fardiellus

Et ſocii eodem modo, et tantùm plus dare mercatoribus portantibus Billonum ad monetas nostras, et hoc quod eo casu plus darent ipsis mercatoribus, detrahere, et diminuere de jure nostræ ſeignoriæ licitè, et impunè, absquè eo quòd propter ea ipsos Magistros, vel alterum eorum coarctare per donum, vel mutuum nobis faciendum, vel aliàs quolibet modo compellere valeamus: quoad hoc enim ipsis mercatoribus ex nunc, prout ex tunc plenam concedimus facultatem.

Et sic habitâ consideratione ad tempora in quibus Dom. Rex francorum mandabat augeri, et solvi pretium majus mercatoribus portantibus Billonum ad monetas suas, Et ad tempora datæ Litterarum Dalphinalium concessarum suprà hoc, et ad diem præsentationis earum D. fiardellus debet dicto Dom. Dalphino pro dictâ ſeignoriâ dictarum monetarum, quantitates pecuniæ infrà scriptas: videlicet.

De moneta Dalphinali . . . . . . 9766. Lib.

Computato floreno Dalph. pro 38. Solidis valent . . . . 5640. flor. Dalph.

Expensæ, &c

Et dum Computatores peterent à dicto Fiardello quod computaret et satisfaceret pro Seignoria dictarum monetarum illam summam pecuniæ, quam convenerat Domino juxtà tenorem magistratûs dictarum monetarum, Dictus Fiardellus allegabat ad id non teneri, sed petebat cum instantiâ servari sibi pacta, et paratum se offerebat fidem facere, tàm de solutione Billoni, quàm de mutationibus monetarum, factis per Dom. Regem Francorum; ità quod negotio existente in tali examine, facta fuit relatio Dom. Dalphino de prædictis, et de toto Computo suprà dicto, ipséque Dom. noster Dalphinus agens gratiosè cum ipso Fiardello, tàm de prædicto aresto, quàm de compositionibus et dubiis suprà dictis, ipsum Fiardellum quittavit et perpetuò liberavit, ipséque Fiardellus propterea compositionis nomine solvit apud Avenionem Ducentos florenos auri per manus Astrugi Judæi.

Et sic quittus hic.

Ex Computo Guillelmi dicti Lemi de Fayinellis et sociorum Magistrorum monetarum anni 1340. &c.

Et valent pro Seignoriâ ad rationem de 17. solidis dictæ monetæ pro qualibet marcha ... 295. l. 11. solid. Computato floreno de cugno, et pondere Florentiæ pro 41. solidis dictæ monetæ.

Item magis operatas fuisse ibidem in prædictis Dozenis sub prædictis ligâ, et pondere, et sub

Infrà Scriptâ aliâ Seignoriâ pro eo quod per Litteras Dolphinales eis concessas, quarum Transcriptum reddiderunt, constitit Jus ipsius Seignoriæ eis fuisse diminutum propter mutationem monetæ Dom. Regis francorum.

In quibus Sunt de argento fino 1164. marchas Et dimid. Valent de Seignoria ad rationem de novem Solidis pro marchâ, Juxtà tenorem dictarum Litterarum eis concessarum, 524 lib. 6. den. Computato floreno, de cugno, et pondere florentiæ pro 41. Solidis. /.